



# BOLETÍN DEL CLERO DEL OBISPADO DE LEON

## SAGRADA CONGREGACIÓN DE INDULGENCIAS

### I

*De consensu Ordinarii requisito ad exercendam facultatem benedicendi coronas, cruces, etc. cum applicatione indulgentiarum apostolicarum et S. Birgittae.*

DECRETUM CLERIC. REGULARIUM INFIRMIS MINISTRANTIUM.  
—Cum in Rescriptis S. Congregationis Indulgent. vel in Brevibus Apostolicis etc.; quibus tribuitur facultas benedicendi Coronas, Rosaria, Cruces, Crucifixos, parvas Statuas ac Numismata, eisdemque Indulgentias Apostolicas et S. Birgittae adnectendi, clausula apponatur *de Consensu Ordinarii loci*; circa sensum huius clausulae non semel dubitatum est; hinc Praepositus generalis Clericorum Regularium Infirmis Ministrantium circa eiusdem clausulae intelligentiam sequentia dubia huic S. Congregationi solvenda proponit:

*I. Utrum huiusmodi consensus ita necessarius retineri debeat, ut, si desit, Indulgentiae sint omnino invalidae?*

Et quatenus affirmative:

*II. A quonam Ordinario huiusmodi consensus dari debeat?*

*III. Et si utens hac facultate Romae commoretur, ubi facultas benedicendi exerceri nequit, sufficeretne consensus Limi. Urbis Vicarii aut Vicesgerentis ad benedicendum, an ab alio extra Urbem Ordinario, et a quonam, foret exquirendus?*

Et Emi. Patres in Vaticano Palatio coadunati die 11 Iunii 1901, propositis dubiis responderunt:

Ad I<sup>um</sup>. *Detur instructio.*

«Instructio

»1.<sup>o</sup> Convenit ut qui facultatem benedicendi Coronas, Cruces, Rosaria, Numismata etc. cum applicatione Indulgentiarum Apostolicarum et S. Birgittae obtinere cupit, si sit e clero saaculari litteris commendatitiis proprii Ordinarii munitum supplicem libellum exhibeat, si vero sit regularis, Superioris sui Ordinis vel Instituti a S. Sede approbati.

»2.<sup>o</sup> Ut valide praefata facultas exerceatur opus erit, ut Sacerdos ad excipiendas Sacramentales Confessiones, saltem virorum, sit approbatus.

»3.<sup>o</sup> Ad eam facultatem licite exercendam requiritur consensus Ordinarii loci in quo quis ea uti velit, firmo manente, quoad regulares exemptos, decreto huius S. C. diei 8 Iunii 1888. Hic autem consensus optandum ut sit expressus; sufficit tamen etiam tacitus vel implicitus, et in aliquo casu, quando practice aliter fieri nequaet, sufficit etiam consensus prudenter praesumptus.»

Ad II<sup>um</sup>. et III<sup>um</sup>. *Provisum in I.<sup>o</sup>*

Et SSmus. Dnus. Noster Leo Papa XIII in audientia habita die 14 Iunii 1901 ab infrascripto Cardinali Praefecto resolutione Emorum. Patrum ratas habuit et confirmavit.

Datum Romae ex Secretaria eiusdem S. C. die 14 Iunii 1901.

S. Card. CRETONI, *Praef.*

L. ☒ S.

† FRANCISCUS SOGARO, Archiep. Amiden., *Secret.*

II

*De piis operibus Sadalibus Confr. Beatae Mariae Virginis a Monte Carmelo ad assequendum privilegium sabbatinum iniunctis.*

DECRETUM-DE GUATEMALA.—Archiepiscopus de Guatemala huic S. Congregationi Indulgentiarum sequentia dubia dirimenda proponit, quae ad pia quaedam opera referuntur a Con-

fratribus B. Mariae Virginis a Monte Carmelo praestanda in eum finem ut privilegio, quod nuncupatur *Sabbatinum*, perfruantur:

I. *Estne necessarium ut Confratres B. Mariae Virginis a Monte Carmelo recitent parvum officium prouti extat in Breviario romano. etsi maior pars populi linguam latinam penitus ignoret?*

II. *Li Confratres qui legere nesciunt, et ideo loco recitandi parvum officium B. Mariae Virginis servare tenenter obstinentiam feria IV et die sabbati tenentur quoque eam servare feria VI, uti reapse tenentur fideles non americani latini?*

III. *Tenenturne pariter servare omnia ieiunia Ecclesiae universalis, quin gaude valeant amplissima dispensatione nuper data degentibus in America latina ex decreto S. Congregationis Neg. EE. EE. die 6 Iulii 1901?*

Et Emi. Patres in Palatio Vaticano coadunati propositis dubiis die 11 Iunii 1901 respondendum mandarunt:

Ad I<sup>um</sup>. *Affirmative, nisi quis pertineat ad ritum a S. Sede approbatum, qui alia lingua utatur, iuxta Decretum huius S. C. die 18 Augusti 1868; sed supplicandum SSmo. ut in privata recitatione vulgari lingua uti liceat.*

Ad II<sup>um</sup>. *Negative, ad effectum fruendi privilegio Sabbatino.*

Ad III<sup>um</sup>. *Supplicandum SSmo. ut Confratres B. Mariae Virginis a Monte Carmelo, quod attinet ad ieiunia, uti valeant indulto dioecesano, facta Confesariis facultate commutandi singulis petentibus abstinentiam feriae IV et Sabbati in alia opera; atque utrunque valere pro omni regione declarare dignetur. Contrariis quibuscumque, ac praesertim Capuana 3 Decembris 1892, minime obstantibus.*

De quibus facta relatione SSmo. Dno. Nostro Leoni Pp. XIII in audientia habita ab infrascripto Cardinali Praefecto die 14 Iunii 1901, Sanctitas Sua Emorum. Patrum resolutiones ratas habuit et confirmavit, et benigne annuere precibus in dubio I et III expressis dignata est.

Datum Romae ex Secretaria eiusdem S. Congregationis die 14 Iunii 1901.

S. Card. CRETONI, Praef.

L. ☒ S.

† FRANCISCUS SOGARO Archiep. Amidem., Secret.

III

*De precibus piisque exercitiis indulgentiis iam ditatis ad sacramentalem poenitentiam explendam impositis.*

DECRETUM CONGR. FRATRUM S. VICENTII A PAULO.—Supremus Moderator Fratrum S. Vincentii a Paulo huic Sac. Congregationi Indulgentiis Sacrisque Reliquiis praepositae humiliter exponit saepe Confesarios, quo melius spirituali poenitentium utilitati consulant, preces vel pia exercitia indulgentiis ditata in sacramentali confessione imponere; existimantes uno eodemque actu datum esse poenitentibus sacramentali poenitentiae satisfacere et adnexas precibus vel piis exercitiis indulgentias lucrari. Verum quoad huiusmodi opinionem et praxim non levis sententiarum disparitas exorta est, eo quod nonnulli, innixi Decreto huius S. C. diei 29 Maii 1841, quo negatur posse per preces iam obligatorias, v. gr. per horas canonicas, satisfieri precibus a Summo Pontifice praescriptis ad lucrandam indulgentiam, contendunt omne prorsus fundamentum praedictae opinioni et praxi Confessarium esse sublatum; e contra illi affirmant laudatum Decretum ad rem non facere, in eo siquidem agitur de una vel altera conditione ad lucrandam indulgentiam imposita, non vero de precibus vel piis exercitiis, quae auctoritate Summi Pontificis indulgentias iam secum ferunt, et assumi possunt tanquam Sacramentalis poenitentia, nisi aliter mens concedentis declaraverit.

Ut itaque omnis ambigendi ratio de medio tollatur, sequens dubium solvendum proponit:

*Utrum poenitens precem aut pium opus indulgentiis ditatum explens, possit simul et poenitentiae satisfacere et indulgentias lucrari?*

Et. Emi. Patres in Congregatione Generali ad Vaticanum habita die 11 Iunii 1901 rescripserunt:

*Affirmative, facto verbo cum SSmo.*

Quam quidem resolutionem, in audientia habita ab infrascripto Cardinali Praefecto die 14 Iunii 1901 relatam, Sanctitas Sua benigne confirmavit.

Datum Romae ex Secretaria eiusdem S. Congregationis die  
15 Iunii 1091.

S. Card. CRETONI, *Praef.*

L. ✠ S.

† FRANCISCUS SOGARO, Archiep. Amiden., *Secret.*

---

SAGRADA CONGREGACION  
de Obispos y Regulares

---

*Aprobación del Instituto de Hermanas titulado Compañía  
de Santa Teresa de Jesús.*

DECRETUM

Sacratissimus Dominus Noster Leo Divina Providentia Papa XIII, attenta ubertate salutarium fructuum, quos jugiter tulit Sororum Institutum jam amplissime laudatum et commendatum sub titulo=Societatis S. Teresiae a Jesu=cujus domus princeps in Dioecesi Dertusen, existit, attentisque praesertim commendatis litteris Antistitum locorum in quibus enunciatae Sorores commorantur, in Audientia habita ab infrascripto Cardinali S. Congregationis Episcoporum et Regularium Praefecto die 1.<sup>a</sup> hujus mensis, Institutum ipsum cum suis constitutionibus, uti congregationem votorum simplicium, sub regimine Moderatricis Generalis, approbare et confirmare dignatus est, prout praesentis Decreti tenore approbat et confirmat, salva Ordinariorum jurisdictione ad formam SS. Canonum et Apostolicarum Constitutionum.

Datum Romae ex Secretaria S. Congregationis Episcoporum et Regularium die 16 Julii 1901.—FR. HIERONYMUS M.<sup>a</sup>, Card. GOTTI, *Praef.*

---

## SAGRADA CONGREGACION DE RITOS

*Decreto en la causa de beatificación y canonización del Venerable Siervo de Dios Antonio Maria Claret, Arzobispo de Santiago de Cuba, después de Trajanópolis, Fundador de la Congregación de Misioneros Hijos del Inmaculado Corazón de María*

Ad instantiam Rmi. P. Hieronymi Batlló, Congregationis Missionariorum Filiorum Immaculati Cordis B. Mariae Virginis Postulatoris, Emus. et Rmus. Card. Dnus. Miecislauis Ledö-chowski, Causa: Ven. Servi Dei Antonii Mariae Claret Relator, in Ordinariis Sacrorum Rituum Congregationis Comitibus Rotabilibus subsignata die ad Vaticanum habitis, juxta peculiare Sanctissimi Domini Nostri Leonis Papae XIII dispositiones, annis 1878 et 1895 editas, sequens dubium discutiendum proposuit: «*An sententia Rmi. Dni. Episcopi Carcassonensis super cultu Ven. Servo Dei Antonio Mariae Claret nunquam exhibito, seu super partitione Decretis sa. me. Urbani Papae VIII sit confirmanda in casu et ad effectum de quo agitur?*» Sacra porro Rituum Congregatio, omnibus occurate perpensis, audito, etiam voce et scripto R. P. D. Joanne Baptista Lugari, Sanctae Fidei Promotore, rescribendum censuit: «*Affirmative seu confirmandam esse sententiam.*» Die 18 Junii 1901.

Facta postmodum de his Sanctissimo Domino Nostro Leoni Papae XIII per infrascriptum Cardinalem Sacrae Rituum Congregationi Praefectum relatione, Sanctitas sua Rescriptum Sacrae ipsius Congregationis ratum habuit et confirmavit, die 8 Julii eodem anno.—DOMINICUS Card. FERRATA, S. R. C. Praef.—DIOMEDES PANICI, Archiep. Laodicen., Secretarius.

*Decreto en la causa de beatificación y canonización del Venerable siervo de Dios Claudio de la Colombière (Diocesis de Autun), Sacerdote profeso de la Compañía de Jesús, acerca de esta pregunta:*

«*Consta acerca de las virtudes teologales de fe, esperanza y caridad, hacia Dios y el prójimo, lo mismo que de las virtudes*

cardinales de prudencia, justicia, fortaleza y templanza, abnegación y otras virtudes anejas, practicadas en grado heroico para el caso particular de que se trata?»

Todo el mundo, aun antes de estar consagrado al Sacratísimo Corazón por medio de un culto público y solemne, no podía nunca separar del recuerdo de la beata Margarita María de Alacoque la memoria del venerable siervo de Dios Claudio de la Colombière, sobre todo desde que se vió manifiestamente que le cuadraban á maravilla estas palabras del profeta Ezequiel: «Yo os daré un nuevo corazón, y pondré mi espíritu en medio de vosotros» (Ezequiel, XXXVI, 26, 27). Y como se dijo en el Eclesiástico: «La gloria del hombre vive y alienta en el honor paterno» (Eccl., III, 19), era natural que la hija, habiendo obtenido ya los honores celestiales, convenía que obtuviese igual prerrogativa aquel que con paternal magisterio «dispuso las ascensiones en su corazón». En verdad convenía que fuese propuesto para tributarle el culto debido á los Santos un hombre que fué, no solamente espectador y testigo de la virtud ajena, sino también copartícipe de la misma, hasta el punto de que pareció hombre maravilloso suscitado para utilidad de la Iglesia y por dechado y ejemplo de todas las virtudes.

El Venerable Claudio nació el día IV de las nonas de Febrero de 1641, en la aldea de San Sinforiano de Ozon, de padres ilustres por su linaje y piedad.

Después de transcurrir su infancia en medio de una angelical inocencia, al contar apenas once años fué enviado á Lyon para ser educado en el Colegio de los Padres de la Compañía de Jesús, bajo cuya dirección y enseñanza acabó felizmente sus estudios.

Inflamado de día en día en el deseo de las cosas divinas, obtuvo de sus padres, no sin gran discusión y contrariedad, licencia para ingresar en el Noviciado de la Compañía de Jesús de Aviñon, en donde empezó los fundamentos de la vida religiosa en aquella Comunidad, de la cual los historiadores regionales dicen como mereció parabién de la sociedad cristiana, por los ejemplos que le dió la sabiduría evangélica tan humilde como sublime.

Después de este tiempo de empeñó la tarea de profesor de

Retórica, y más tarde de Teología, en el Colegio lionés de la Santísima Trinidad.

Habiendo, finalmente, emitido sus votos, hizo tales progresos en la virtud, hasta el punto de que se obligó con Dios, bajo pena de pecado mortal, de observar con diligencia todas las reglas de su instituto y cada una de ellas en particular, lo que cumplió con toda felicidad hasta la hora de la muerte.

*(Se continuará.)*

---

## ADMINISTRACION DE CRUZADA

---

Han llegado á esta Administración los Sumarios para la próxima Predicación de 1902 y pueden los Sres. Arciprestes aprovechar la primera ocasión oportuna que se les presente para mandar recoger los que conceptúen necesarios para sus respectivos distritos.

A los Arciprestazgos que aún no han liquidado las cuentas de la Predicación de 1900 no se entregarán los Sumarios para 1902 ínterin no satisfagan las limosnas que deben del referido año.

Los que quieran utilizar las vías férreas indicarán la estación á donde se han de remitir las Bulas. Las sobrantes de la Predicación de 1901 serán entregadas á los Sres. Arciprestes por los encargados de distribuir las antes del 15 de Diciembre del corriente año con la cuenta correspondiente, para que ellos á su vez puedan enviarlas á esta Administración y hacer sus liquidaciones en todo el mes de Enero próximo venidero.

El día 1.º de Febrero se levantará acta notarial de los Sumarios sobrantes de la Predicación de 1901 y practicada esta diligencia es inútil remitir mas Bulas, porque no se pueden admitir.

León, 8 de Octubre de 1901 —El Administrador, Federico Lobo.